Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

in quadruplici carcere misit mundo
¶ Primus carcer est ventris in quo septem
tenuit multo tempore macerauit ut sensus
suos mundos seruaret quos in obsequi
um christi debebat suo tempore mancipa
re. Seruabat enim quod in mundo sensus
suos seruare non posset potuisset. In
mundo enim visus sepe corrumpitur vide
do varia, auditus audiendo, os
loquendo detractoria verba. Voluit
enim in deserto fugere ut mundos serua
ret oculos quibus spiritum sanctum in specie
columbe et filium dei erat conspecturus.
aures quibus vocem patris erat au
diturus. Os quod christo testimonium prolaturus.
sic et tu debes sensus tuos custodire
quia inde magnam consequeris vtilitatem
anime tue. ¶ Secundus carcer erat corpus
proprium. Deus quando animam suam incarcerauit
quando eam carni vniuit. quod fecit tribus
de causis quarum duas ponit gregorius.
Prima ut in carne et per carnem multa
merita acquireret. plura enim sunt
in quibus per carnem meretur in quibus sine
carne non posset mereri. ut est contra
delectationes certare, scilicet ieiunare
peregrinationem assumere et martirium sus
tinere. ¶ Secunda est ut sic ipsam carnem fide
liter custodiret quia est in supremis sedibus
collocata. ¶ Caro enim per se susceptiua
beatitudinis non est nisi mediante anima sto
la inmortalitatis induetur. ¶ Tertia causa
est ut deus vniuersum suum opus perfi
ceret. Cum enim sit quedam creatura pure
corporalis ut res sensibilis, alia pure spiri
tualis ut angelus, oportuit adhuc ut vni
uersum opus dei compleretur fieret cre
atura partim corporalis partim spiritualis que composita
esset ex spiritu et carne ut est homo. Ab isto
carcere corporis sancti viri deduci deside
rant. unde psalmus. Educ de carcere animam
meam. desiderat enim exire ut asse

quantur mentis iocunditatem. In isto
carcere tempore instituit quod exuti aut sp
sunt in leticia ut assequantur propinquorum
et amicorum societatem et eterne hereditatis
plenam facultatem. ¶ Tertius carcer est mundus
in quo homines multipliciter affliguntur. Et istud
figuratum est in genesi. vbi legitur quod ioseph primo
ductus est in egyptum. postea positus est in carcerem
et tandem ereptus est de carcere et exaltatus
est. Sic omnes qui fuerunt in egypto Iose
ph significat quibuslibet homines qui primo ducuntur
in egyptum quando in vtero matris tenebroso
concipitur et viuificatur. postea ponitur in carcerem
quando natus est ad miserias huius mundi. tan
dem educitur de carcere huius mundi in morte et
deductus ad celum exaltatur. Sic omnes qui
sunt in mundo. et vere mundus carceri bene comparatur
quia in eo est obscuritas cognitionis, dolor
multiplicis afflictionis et magnus timor
mortis. ¶ Primo est in mundo obscuritas
cognitionis. et ideo filius dei missus est in mundum
ut sedentes in tenebris illuminaret. Heu quan
te tenebre sunt in mundo quod homo nec se ipsum nec
deum cognoscit. et hoc conqueritur christus in iohanne
pater iuste mundus te non cognouit. Legitur
in exodo quod tenebre facte sunt in vniuersa terra
et vbicumque habitabant filii israel ibi erat
lux. Egyptus interpretatur tenebre et significat
mundum in quo sunt horribiles tenebre et
multi involuti tenebris huius mundi er
rant et vadunt in infernum. Sed in celo vbi
habitant filii israel id est sancti qui vident deum
facie ad faciem ibi est cognitio vera. pete ergo
ut de tenebris huius mundi peruenias ad
regnum celorum id est ad lucem eternam. ¶ Secundo
sunt in mundo dolores multiplicis afflictio
nis. vnde Iob. Numquid ego sum mare aut
cetus quia circumdedisti me carcere. quasi diceret
tot sunt dolores et miserie huius mundi
quasi essem tam magnus ut cetus qui est pi
scis maris vel sicut mare pre miseriis
huius mundi deficerem. Nulla enim est stabilitas